This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

12

WIDENER LIBRARY

HX JA9G I

Gs 49. 12.
2317



2289

FRAGMENTA STESICHORI LYRICI

IN VNVM COLLECTA
CERTO ORDINE DIGESTA ET INTERPRETATIONE
ILLVSTRATA.

AVCTORE
IOANNE ANDREA SVCHFORT

CVM
EPISTOLA HEYNII
AD AVCTOREM.

GOTTINGAE
APVD IOH. CHRISTIAN. DIETERICH
MDCCLXXI.

Gs 49.12

Fragmenta veterum ſcriptorum, quorum integra opera iniuria temporum interierunt, ex iis ſcriptoribus, quos melior fortuna ſervavit, exſcribere et colligere, res inutilis et plane infructuoſa multis videri poteſt. Nec ex iis modo, qui ſeverioribus, aut, ut ipſi vocant, altioribus doctrinis addicti ſunt, multos ita eſſe iudicaturos praevideo, ſed eorum etiam, qui noſtra ſtudia amant et fovent, futuros eſſe haud paucos intelligo, qui laborem in eiusmodi ſcriptorum deperditorum reliquias colligendas impendendum, inutilem et inanem clamitent, otiumque in alia maiore cum utilitate et fructu inſumendum fuiſſe nobis occinant, nosque adeo videre et conſiderare iubeant, quaenam ex his abruptis, mutilis et amputatis particulis legendo voluptas et vtilitas capi poſſit. Haec atque alia mecum reputanti mihi non una cura et cogitatio ani-

mum inceſſit, parumque abfuit, quin a conſilio huius ſuſcipiendae rei omnino deterrerer et abſiſterem. Videbam tamen altera ex parte iamiam ante me quosdam viros ingenio, eruditione et doctrina inſignes extitiſſe, qui huiuscemodi laborem ſuſcepiſſent, ſibique inde quamvis non magnam, aliquam tamen comparaviſſent laudem. Et ſi quis rem penitius inquirere et explorare voluerit, reperiet, haec fragmenta, quae ex naufragio antiquitatis, tanquam tabulae, ſervata ſunt, non pauca habere, quibus ſtudium ſui commendare ac probare poſſint. Cum enim in iis ſcriptoribus claſſicis, quos liberalis diſciplinae fontes habere et appellare ſolemus, non modo veterum illorum ſummorum virorum frequens occurrat laus et commemoratio, verum etiam profiteri videamus illos, quos nos tantopere admiramur, ſcriptores, ſe ex antiquioribus illis profeciſſe, ingenii ornamenta et doctrinae copias iis debere: ad deſiderium noſtrum explendum fragmenta illa non minore cum deſiderio conquirimus, ac cariſſimarum rerum, quas integras poſſidere non licet, reliquias et veſtigia. Multa autem ex iis ſunt eiusmodi, ut ingenium et orationem deperditi ſcriptoris non obſcure prodant. Multa in iis paſſim doctae antiquitatis veſtigia poſſunt animadverti, complectunturque adeo ſylvam quandam uberem et copioſam omniumque fere rerum confertam, quae animum varietate plurimum delectare, diſcendi avidum multum iuvare, et elegantioris doctrinae ſtudioſo iucundiſſimum praebere poſſit pabulum, quo ingenium alatur et acuatur. Hiſtoriae quidem et antiquitatis copiae multarum rerum exquiſita et elegante doctrina ditari ex iis et locupletari

cupletari poſſunt, inprimis ſi in fontes et origines alicuius narrationis inquirere conſtitueris. Inſigni etiam et eximia rerum ad terrarum regionumque deſcriptiones remque mythicam fabularumque rationem pertinentium copia, fragmenta iſta florent et abundant. Harum itaque rerum ſtudioſi, non eſt dubium, quin multa ab his reliquiis non ad voluptatem ſolum iucunda, ſed vtilia etiam et neceſſaria petere, exque iis haurire poſſint, quibus illas doctrinas ditare et illuſtrare valeant. Cum vero ad iſtorum ſummorum ingeniorum exempla ſe formaverint et finxerint ea Graecorum et Romanorum ingenia, quorum monumenta litteris conſignata ad nos peruenere: de horum inuentis, ornamentis et oratione tuto et recte iudicari vix poteſt, niſi antiquiorum illorum ſcriptorum notionem aliquam animo informatam habeamus. De Horatio nemo facile auſit iudicium ferre, qui veterum Lyricorum fragmenta non perluſtraverit. Id quidem nemo neget, ſi plura et pleniora haberemus fragmenta talia, iudicii etiam materiam nobis ad futuram eſſe pleniorem, ut verbi cauſſa de Virgilio multo accuratius iudicare poſſumus, cum Homerum in manibus habeamus. Quandoquidem tamen fortuna maiorem copiam nobis invidet, an propterea copiolas eas, quas habemus, aſpernari et contemtas iacere volumus? Ad Romanorum poetarum profectus cognoſcendos egregia adiumenta praebent Ennii, Pacuvii aliorumque vetuſtiorum fragmenta. Quae cum ita ſint, et inter eos, quorum carmina praeſtantiſſima temporis iniuria interciderunt, magna laus et frequens memoratio ſit Steſichori, animum induximus, ut doctrinae noſtrae

qualecunque ſpecimen proponeremus, huius praeſtantiſſimi Lyrici poetae carminum, poſt aliorum hac in re collocata ſtudia, fragmenta colligere. Quod ad vitam poetae attinet, pauca ſunt, quae memoriae tradita ſunt. Himera Steſichoro contigit patria, (*a*) oppidum Siciliae antiquiſſimis temporibus nobile et multis decoribus inſigne. Ibi natus eſt Olympiade XXXVII. (*b*) Quem patrem habuerit varie traditur. (*c*) Fratres memorantur duo, Mamertinus Geometra et Halianax, iuris ciuilis ſtudioſus. (*d*) Phalaridi, quem Himerenſes iam ducem exercitus crearant, cum Conon, homo omnibus flagitiis et ſceleribus deditus et contaminatus, et quidam alii eum cupiditate id faciendi incitarent, reſtitit. Nam cum cives Tyranno armatos ſatellites, qui pro corporis eſſent cuſtodibus, eſſent daturi, fabulam eſt commentus de equo, qui immemor libertatis, ſibi frenum iniici paſſus eſſet, ut cervum puniret, atque hac fabula id diſſuaſit civibus. (*e*) Phalaris viri virtute animique magnitudine perſpecta, tantum abfuit, ut eum odio haberet, ut potius eum amaret, foveret praemiisque ornaret. Acie oculorum eum fuiſſe priuatum, et id quidem ob Helenes vituperium, eamque per palinodiam recuperaſſe, multi memorant. (*f*) Olympiade LVI, (*g*) Catanae,

(*a*) *Cic. in Verrem. libr. II. Cap.* 35. *et Suid. in* Στησίχορος.

(*b*) *Suid. l. c.*

(*c*) *Suid. l. c.*

(*d*) *Suid. l. c.*

(*e*) *Ariſtot. Rhet. libr. II. cap.* 20.

(*f*) *vid. fragmenta ex eo carmine ſuo loco afferenda,*

(*g*) *Suid. l. c.*

Catanae, urbis, teſte Cicerone, (*h*) locupletis, honeſtae et copioſae, cum circiter annos ſex et ſeptuaginta vixiſſet, mortuus eſt. Multa ingenii monumenta reliquerat, Suidas XXVI. libros Dorico ſermone ſcripſiſſe narrat, (*i*) ſed ex iis pauca tantum fragmenta reſtant. Sublimem et magni ſpiritus poetam fuiſſe ex Horatio apparet, (*k*) qui Steſichori graues Camoenas memorat. Miram ſuavitatem et dulcedinem et eam quidem ex epithetorum frequentia et copia in eo laudat Hermogenes. (*l*) Et poetae ingenium omnino fuiſſe praeſtantiſſimum eiusque virtutes eximias et egregias, vel ex iis ipſis fragmentis, quae ſuperſunt, apparet. Haec fragmenta a viris doctis collecta, a Neandro (*m*) ſcilicet, Stephano (*n*) et doctiore illis Vrſino. (*o*) Verum cum viri doctiſſimi loca illa congerere et apponere ſatis habuerint, ita ut nec interpretatione ea illuſtrarent, nec legentis utilitatibus ulla in re conſulerent: primum illa loca ab aliis iam commemorata, in certum ordinem digeſſimus, quae ex eodem carmine profecta videbantur, ad commune caput revocavimus; tum quae eorum eſſet ſententia, indagavimus, nonnunquam etiam metri rationem exegimus; tandem

(*h*) *lib. IV, in Verrem. cap.* 23.

(*i*) *vid. Catalog. eius ſcriptorum ap. Fabric. in Bibl. gr. Vol. I. libr. II. cap. XV. p.* 596.

(*k*) *lib. IV. Od. IX.* 8.

(*l*) *libr. II. de formis oratoriis cap. IV.* ταῦτα τοι καὶ ὁ Στησίχορος σφόδρα ἡδὺς εἶναι δοκεῖ, διὰ τὸ πολλοῖς χρῆσθαι τοῖς ἐπιθέτοις.

(*m*) *Ad calcem Ariſtologiae Pindaricae ed. Baſ.* 1556. 8.

(*n*) *In Pindari et caet. VIII. Lyr. carminibus p.* 436. *ſeqq.*

(*o*) *In carminibus IX. illuſt. fem. p.* 76. *et* 304.

tandem quae vel antiquitati vel graeco ſermoni illuſtranda iis ineſſe videbantur, enotavimus. In quibus non diffitemur: afferat enim hoc ipſum opellae noſtrae auctoritatem, nos conſiliis HEYNII, Viri acutiſſimi et gloria nominis eruditonisque fama clariſſimi, multum fuiſſe adiutos. Inſtruximus itaque in ordinem redacta notis pauciſſimis iisque, fatemur, ſatis ieiunis, quaeque magis noſtrae aetati et tirocinio conuenire, quam viris doctis ſe probare poſſint. Ita autem fragmenta haec diſpoſuimus, ut prima hac ſectione, ea de quibus conſtaret, ad quod Steſichoreum carmen illa pertinerent, complecteremur, incerta in aliam, quae hanc eſt ſecutura, commentationem differremus.

Ἆθλα.

Lyrica fuiſſe carmina, ex iis ipſis fragmentis apparet, quae ex iis ſuperſunt:

Φέρεσθε τῇ παρθένῳ δῶρα, σησαμίδας,
Χόνδρον τε καὶ ἐγκρίδας,
Ἄλλα τε πέμματα, καὶ μέλι χλωρόν.

Afferte puellae dona, ſeſamidas,
Alicam et encridas,
Aliaque bellaria et mel flavum.

Vrſin. pag. 80. n. VII. Steph. pag. 442.

+ + +

Θρώσκων μὲν γὰρ Ἀμφίαραος,
Ἄκοντι δὲ νίκασεν Μελέαγρος.

Nam ſaltu quidem Amphiaraus,
Jaculo vero vicit Meleager.

Vrſin. pag. 80, n. X. Steph. 442.

Athenaeus IV. p. 172. D. Πεμμάτων δὲ πρῶτον φησὶ μνημονεῦσαι Πανύασιν Σέλευκος, ἐν οἷς περὶ ταῖς παρ' Αἰγυπτίοις ἀνθρωποθυσίαις διηγεῖται, πολλὰ μὲν ἐπιθεῖναι λέγων πέμματα, πολλὰς δὲ νοσσάδας ὄρνεις· προτέρου Στησιχόρου ἢ Ἰβύκου ἐν τοῖς Ἄθλοις ἐπιγραφομένοις εἰρηκότος· Φέρεσθε τῇ παρθένῳ δῶρ' ἀσαμίδας, χόνδρον τὲ καὶ ἐγκρίδας, ἄλλα τε πέμματα, καὶ μέλι χλωρόν. Ὅτι δὲ τὸ ποίημα τοῦτο Στησιχόρου ἐστὶν, ἱκανώτατος μάρτυς Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς, ὃς περὶ τοῦ Μελεάγρου τὸν λόγον ποιούμενος φησὶν, ὃς δουρὶ πάντας νίκασε νέους δινάεντα βαλὼν Ἄναυρον ὕπερ πολυβότρυος ἐξ Ἰωλκοῦ, οὕτως γὰρ Ὅμηρος ἠδὲ Στησίχορος ἄεισε

λαοῖς. Ὁ γὰρ Στησίχορος οὕτως εἴρηκεν ἐν τῷ προκειμένῳ ᾄσματι, τοῖς Ἄθλοις· θρώσκων μὲν γὰρ Ἀμφιάραος, ἄκοντι δὲ Μελέαγρος.

Itaque ut πέμματα antiquiorem, quam Panyaſios, auctoritatem habere doceret, locum Steſichori laudat Athenaeus in loco, ubi multus eſt in congerendis hiſtoriis ciborum, et primo quidem loco, rerum ac hominum apparatu ad epulas idoneo. Sunt autem, ut declarat Heſychius, πέμματα, ποικίλα ἐδέσματα· πέμμα· εἶδος πλακοῦντος καὶ πᾶν πεπτόμενον. Erant inter ἐπιδορπίσματα vel menſae ſecundae delicias, de quibus copioſe agit Athenaeus lib. XIV. p. 639. ſeqq. Σησαμίδας jam dudum viri docti emendarunt, cum ἀσαμίδας vulgo legeretur. Eſt autem σησαμὶς ſc. μάζα placentae genus mellitae et ſeſamo, quod valde amabant Graeci, et quo pro aromate utebantur, ſparſae. Χόνδρος autem Romanorum alica, de qua vid. Plin. XVIII, 11. ſ. 29. XXII, 25. ſ. 61. et cf. Dodonaeus in hiſtoria ſtirpium, pemptadis quartae lib. I. cap. XI. ἐγκρὶς piſtorium opus, etiam in Lexicis notatum, quod aliquoties in LXX. occurrit, ſed locus claſſicus apud Athenaeum XIV. p. 645. E, ἐγκρίδες, πεμμάτιον ἑψόμενον ἐν ἐλαίῳ, καὶ μετὰ τοῦτο μελιττούμενον· μνημονεύει αὐτῶν καὶ Στησίχορος διὰ τούτων· χόνδρον τε καὶ ἐγκρίδας, ἄλλα τε πέμματα καὶ μέλι χλωρόν. Heſychius in ἐγκρίδες· πέμμα ἐλαίῳ ἑψόμενον, καὶ μελιττούμενον· ἐγκρὶς· γλύκασμα ἐξ ἐλαίου ὑδαρές.

Alter locus, quo Amphiaraus curſu, Meleager iaculo viciſſe narratur, ad ludos funebres in honorem Peliae inſtitutos ſpectare videtur: Nam Hyginus fab. 237. p. 321. edit. Munk: *Duodecimo autem Argis* (ſic leg.

cum

cum Munkero) *quos fecit Acaſtus Peliae filius. His ludis vicerunt* —— *Meleager Oenei filius iaculo.* Amphiaraum autem multi veterum inter Argonautas retulerunt (*a*). Potuit itaque et ille a Steſichoro inter eos memorari, qui ludis paulo poſt reditum Argonautarum ab Acaſto habitis interfuerunt. Quod ſi quis probare nolit, ad primos Nemaeos ludos referre locum poteſt: Nam de ludis his, quos apud Hyginum *nono loco*, nulla tamen Amphiarai mentione facta, habitos videas, Apollodorus III, 6, 4, καὶ ἵππῳ μὲν ἐνίκησεν Ἄδραστος, ἅρματι καὶ δίσκῳ Ἀμφιάραος. Scilicet diverſis plane modis a diverſis poetis certaminum iſtae origines fuere tractatae; cum argumentum poetarum eſſent inter Graecos omnino frequentiſſimum, etiam artificum in priſcis operibus. Ita hos eosdem in Peliae honorem habitos ludos accurate videas deſcriptos in Cypſeli arca apud Pauſan. V, 17, p. 421. cf. praeſtantiſſimum opuſculum Illuſtris HEYNII optime et immortaliter de me meriti, *Ueber den Kaſten des Cypſelus, ein altes Kunſtwerk zu Olympia mit erhobnen Figuren:* pag. 20. ſeqq. et ibi notam.

Ex his ipſis, quae commemorata ſunt, argumentum operis τῶν Ἄθλων ſatis apparet. Fuere ſcilicet veteres agones ſeu certamina in eo expoſita. Fuit carmen lyricum, ᾆσμα Athen. appellat. Sed ex eodem diſcimus, carminis auctorem olim incertum fuiſſe habitum: alii enim ad Ibycum referebant. Sed idem Athenaeus ex

(*a*) vid. Burman. in Catal. Argonaut. ad Valerii Flacci Argonautica in nomine Amphiaraus.

ex Simonide evincit, Steſichori illud eſſe; quandoquidem tam vetus et ſuppar aetate auctor ei hoc carmen tribuit. Simonides autem Meleagrum laudans, *qui*, inquit, *omnes haſta vicit iuvenes ſuper vorticoſum Anaurum* (qui ad Iolcum fluvius fuit, vid. Apollon. I, 9.) *iuxta Iolcum racemoſam. Ita enim Homerus et Steſichorus hominibus tradiderunt.*

De metro verſuum, quod lyricum fuit, vix quicquam tuto conſtitui poteſt; videntur tamen eſſe ex genere Dactylico alcmanio cum tetrametro ſubiecto. cf. Hephaeſt. de metris. p. 22.

—— φέρεσθε τῆ παρθένῳ δῶρα ——
Σησαμίδας, χόνδρον τε καὶ ἐγκρίδας,
Ἄλλα τε πέμματα καὶ μέλι χλωρόν.

Prior verſus imperfectus eſt, nec ſatis integer, forte tamen ita concinnetur,

Δῶρα φέρεσθε τῇ παρθένῳ —

et alter locus:

—— Θρώσκων μὲν — Ἀμφιάραος, ἄ—
Κοντι δὲ νίκασεν Μελέαγρος.

Βουκολικὰ μέλη.

De his agit Aelian. var. hiſtor. lib. X. Cap. XVIII. in fine, καὶ Στησίχορόν γε τὸν Ἱμεραῖον τῆς τοιαύτης μελοποιΐας ἀπάρξασθαι. *Vrſin. pag.* 95.

Argumentum huius capitis eſt Daphnis Mercurii filius, paſtor in Sicilia. Qui cum eſſet eximia pulchritudine,

tudine,

tudine, Nympha quaedam eius amore eſt capta, cumque eo habuit conſuetudinem. Pactum autem inierunt, ut is, qui fidem datam falleret, oculis privaretur. Enimvero paullo poſt, cum regis filia eius amore flagraret, ipſe crapulae plenus fidem Nymphae datam fefellit, ſtatimque excoecatus eſt. Hanc itaque iacturam oculorum Daphnidis Aelianus putat primam carminis Bucolici fuiſſe occaſionem, Steſichorumque primum extitiſſe, qui in hoc genere carminis inclaruerit, cuius ſententiae etiam Clem. Strom. I. cap. XIII. p. 365. edit. Potteri adſentiri videtur, quo loco Steſichorum primum Hymnum excogitaſſe narrat. Sed tanta eſt aliorum diſcrepantia ac varietas ſententiarum de origine carminis Bucolici, ut, ſicuti multarum aliarum rerum, ita etiam carminis Bucolici origo dubia atque incerta ſit habenda. Vid. HEYNII, Viri Illuſtris, Patroni mei, mihique patris loco amandi et colendi diſputationem ad Virgilii Bucolica p. CXVIII.

Ἐυρώπεια.

Scholiaſt. Eurip. Phoeniſſ. 674. ὁ μὲν Στησίχορος ἐν Ἐυρωπείᾳ τὴν Ἀθηνᾶν ἐσπαρκέναι τὲς ὀδόντας φησὶν. De ſpartis Cadmi, ex dentibus draconis enatis, agitur, adeoque carmen hoc Steſichoreum ad raptum Europae et res cadmeas ſpectaſſe videtur. Memorabile vero hoc, quod Minervae ſeu conſilio ſeu opera id factum dixit poeta.

Γηρυονὶς.

Ἅλιος δ᾽ Ὑπεριονίδας δέπας ἐσκατέβαινε χρύσεον,
Ὄφρα δ᾽ Ὠκεανοῖο περάσας
Ἀφίκηθ᾽ ἱερᾶς ποτὶ βένθεα νυκτὸς ἐρεμνᾶς,
Ποτὶ ματέρα κουριδίαν τ᾽ ἄλοχον,
Παῖδάς τε φίλους. Ὁ δ᾽ ἐς ἄλσος ἔβα
Δάφναισι κατάσκιον
Ποσσὶ παῖς Διός.

Sol Hyperionides pateram auream conſcendit,
Ut, traiecto Oceano,
Perveniret ad ſacrae et obſcurae noctis profundas ſedes,
Ad matrem et iuvenilem coniugem,
Liberosque caros.
Ille Jovis filius autem lauretum umbroſum ſucceſſit.

Vrſin. pag. 79. Steph. p. 436.

Athenaeus XI, p. 469. E. Ὅτι δὲ καὶ ὁ ἥλιος ἐπὶ ποτηρίου διεκομίζετο ἐπὶ τὴν δύσιν· Στησίχορος μὲν οὕτως φησὶν, ἅλιος δ᾽ Ὑπεριονίδας δέπας ἐσκατέβαινε χρύσεον, ὄφρα δ᾽ Ὠκεανοῖο περάσας ἀφίκηθ᾽ ἱερᾶς ποτὶ βένθεα νυκτὸς ἐρεμνᾶς, ποτὶ ματέρα κουριδίαν τ᾽ ἄλοχον, παῖδάς τε φίλους. Ὁ δ᾽ ἐς ἄλσος ἔβα, δαφναισιν κατάσκιον ποσσὶ παῖς Διός.

Ad Geryonidem hunc locum pertinere, tum ex eius argumento manifeſtum, tum ex alio Athenaei fragmento apud Caſaub. Animadverſſ. in Athen. conſtat, pag. 781, l. 41, τὸν δὲ ἥλιον ὁ Στησίχορος ποτηρίῳ διαπλεῖν φησὶ τὸν Ὠκεανόν, ᾧ καὶ τὸν Ἡρακλέα περαιωθῆναι ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βόας ὁρμῶντα. Hunc Athenaei locum reſpexit Euſtath. ad Odyſſ. J. p. 1632. l. 21. ὁ δὲ μῦθος κατὰ τὴν τοῦ δειπνοσοφιστοῦ ἔκθεσιν, ὁ παρὰ τῷ Στησιχόρῳ ποτηρίῳ τὸν ἥλιον διαπλεῖν

πλέειν λέγει τὸν Ὠκεανὸν, ᾧ καὶ τὸν Ἡρακλέα διαπεραιωθῆναι ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βοῦς ὁρμῶντα, διὸ καὶ δέπας ἡράκλειον λέγεσθαι, τὸ καὶ ἡλίου. Celebrata eſt inter veteres fabula, Herculem, cum ad Geryonis boves petendas profectus eſſet, ad navigandum pro nave magno poculo eſſe uſum. Quo etiam habitu in nonnullis gemmis occurrit. Cauſae huius figmenti variae et diverſae a veteribus traduntur. cf. Caſaub. animadverſſ. in Athen. lib. XI. cap. V. ratio tamen ſimpliciſſima a navigii forma cymbio ſimili, petenda illa eſſe videtur. Scilicet priſcorum hominum ſermone naves rerum ſimilitudinibus declarabantur, modo volatus, modo bigarum vel quadrigarum, modo equi alati, modo alatorum draconum vel marinarum belluarum nominibus, unde multae fabulae natae eſſe videntur, ut Bellerophontis, Phryxi, Europae cet. quas plerique referunt ad paraſema navium, quae taurum vel arietem vel pegaſum referrent. Potuit igitur cymbio quoque comparari navigii genus atque ita ſermone priſco appellari. Macrob. V. ſat. 21. ex ſuo potius loquendi more, quam ex antiquo, nomen ſcyphi navigio fuiſſe putat, quo Hercules vectus fuit. Jam Athenaeus docet, etiam ſolem poculo vel patera vectum apud vetuſtiores memorari, quando ille ſub noctem in Oceano occideret. Eadem igitur rei imagine, qua nunc quoque poetae ſolem equis vectum in Oceanum Occidentemque deſcendere faciunt, veteres ſolem occidentem cymbio vel patera ferri dicebant. Sed ut hoc exemplis declaret, laudat Athenaeus locum ſupra poſitum ex Steſichoro; et alium ex Antimacho et Aeſchylo; ex Pherecyde autem lib. III. hiſtor. narrat, Herculi hanc pateram

teram auream dono datam a Sole, qui illa ferebatur, quoties per Oceanum noctem ſubiret, ad orientem pergens, (diverſa hactenus apud eundem narraverat Piſander Heracleae lib. II, ut ab Oceano, Panyaſis autem, ut a Nereo Herculem Solis pateram accepiſſe, diceret) (*b*); hac itaque patera Herculem in Erythiam perveniſſe. Facile haec omnia ad mythicam rationem et poetarum ſermonem componi poſſe unicuique apparet. Quod enim ad Erythiam maxime haec fabula agitur, hoc ad poetarum morem ſpectat, qui ultra Gades ſolem occidere aiunt, in Oceano ſcilicet occidentali. Cum itaque Hercules per fretum, quo Gades, olim inſula, a continenti erant disiunctae, eo eſſet adducendus, facile poetarum ingenium eo delabebatur, ut ſolis curru, pro quo cymbium tum Soli tribui ſolebat, ferri eum dicerent. Inde nova fabularum materies ſubnaſcebatur, ut docerent, qua ratione a Sole Herculi illud Solis cymbium datum eſſet.

Sed de loco Steſichori iam ipſo videamus. Sententia verſuum ſatis perſpicua; ſolem dicit, forte poſtquam cum Hercule ea egerat, quae in antecedentibus memorata fuerant, pateram auream conſcendiſſe, ut traiecto Oceano, perveniret ad ſacram ſedem Noctis; Herculem autem, (is eſt enim in fine horum verſuum memoratus Iovis filius) lauretum ſucceſſiſſe.

Ὄφρα δ' Ὠκεανοῖο περάσας videtur legendum eſſe δι' Ὠκεανοῖο ut ſit περάσας δι' Ὠκεανῦ.

Νυκτὸς

(*b*) Ad Panyaſin in hac fabula etiam Macrob. provocat V. 21, uti et ad Pherecydem mox laudandum.

Νυκτὸς duplex eſt epitheton ἱερᾶς et ἐρεμνᾶς. Poſſis ἱερὰ ποτὶ βένθεα ſcribere, ſed verſum capite truncatum eſſe, manifeſtum fit; ſenſus ſedem vel domum Solis poſtulat. Mater Solis eſt Thia. Vid. Heſiod. Theog. 371. Uxores Solis multae memorantur; at h. l. forte ad Perſeidem ſpectatur. Vid. Hygin. et Heſiod. Theog. 956. ubi et Solis liberi enumerantur.

Iam quod ad metrum ſpectat.

Ἅλιος - Ὑπεριονίδας δέπας ἐσκατέβαινε
Χρύσεον, ὄφρα δὶ Ὠκεανῶ περάσας ἀφίκηται
(Εἰς κλισίας) ἱερᾶς ποτὶ βένθεα Νυκτὸς ἐρεμνᾶς,
Ματέρα, κυριδίαν τ' ἄλοχον παῖδάς τε φίλυς (ὧς).
(Ἀλλ') ὁ δ' ἐς ἄλσος ἔβα δάφναισι κατάσκιον ——
—— ποσὶ παῖς Διὸς —

niſi forte Κραιπνοῖς ποσσὶ παῖς Διὸς aut ſimile quid fuit.

II.

Διότι γεννηθεὶη σχεδὸν ἀντιπέραν κλεινᾶς Ἐρυθείας,
Ταρτησσῶ ποταμῶ παρὰ πηγὰς ἀπείρονας ἀργυρορίζυς
Ἐν κευθμώνων πέτραις.

Quoniam nata ſunt ex adverſo fere inclytae Erythiae,
Tarteſſi amnis ad fontes immenſos argenteis radicibus,
In cavernae ſaxis

Vrſin. p. 82. Steph. 440.

Strabo, lib. III, p. 148. C. Ἐοίκασι δ' οἱ παλαιοὶ καλεῖν τὸν Βαῖτιν Ταρτησσόν. Τὰ δὲ Γάδειρα καὶ τὰς πρὸς αὐτὴν νήσυς, Ἐρύθειαν· διόπερ οὕτως εἰπεῖν ὑπολαμβάνυσι Στησίχορον περὶ τῦ Γηρυόνυ βυκόλυ· διότι γεννηθεὶη σχεδὸν ἀντιπέραν κλεινᾶς Ἐρυθείας

Ταρτησσῶ

Ταρτησσῶ ποταμῶ παρὰ πηγὰς ἀπείρονας ἀργυρορίζως, ἐν κευθμώνων πέτραις.

Strabo igitur ex Steſichoro probat, Baetim veteres appellaſſe Tarteſſum, et Gades cum inſulis vicinis, Erythiam. Verſus autem Steſichori de Geryonis armentis egiſſe videntur, ut ea in continenti, ex adverſo inſulae Erythiae, ad fontes Tarteſſi nata fuiſſe diceret. Verborum ordo ad metrum redactus hic fuiſſe videtur.

—— *βωκόλιον* ——
Γεννηθὲν σχεδὸν ἀντιπέραν κλεινᾶς Ἐρυθείας,
Ταρτησσῶ παρὰ πηγὰς ἀπείρονος ἀργυρορίζως,
Ἐν κευθμῶσι πετρῶν.

Ita ex *διότι γεννηθείη* primi verſus *βωκόλιον* et ſecundi *Γεννηθὲν* reſtituimus; redegerat verba in ſuae orationis numeros Strabo; et *ἀπείρονας* tertio verſu mutavimus in *ἀπείρονος*, ut ſit epitheton *τῶ Ταρτησσῶ*, ut fluvius ſive ingens et latus, ſive longo curſu defluens intelligatur. Naſcitur autem Baetis in montibus ſupra Caſtalonem, (Tugiae ſaltum Plinius appellat, nunc Segura, montes Andaluſiae) metallis et olim nobilibus. Hinc bene h. l. poeta *ἀργυρορίζως πηγὰς* dixit; ultima in *πηγὰς* corripitur Dorico more. In ultimo autem verſu pro *ἐν κευθμώνων πέτραις* reſcripſimus *ἐν κευθμῶσι πετρῶν* ſenſu et re ita poſtulante; pro *ἀργυρορίζως* forte reponendum *ἀργυρορίζοις ἐν κευθμῶσι πετρῶν* h. e. in cavernis, quibus argenti metalla inſunt. Solebant autem et ſolent adhuc in his ac ſimilibus locis haberi armenta intra montium cavernas.

III.

III.

Σκύφειον δὲ λαβὼν δέπας ἔμμετρον ὡς τριλαγηνὸν,
Πῖεν ἐπισχόμενος, τό ῥα οἱ παρέθηκε Φόλος κεράσας.

Sumtam vero pateram ſcypho ſimilem, quae lagenas tres capiebat,
Fortiter manu retinens ebibit, quam Pholus temperatam appoſuerat.

Vrſin. p. 82. n. XIX.

Athenaeus XI. p. 449. B. Στησίχορος δὲ τὸ παρὰ Φόλῳ τῷ Κενταύρῳ ποτήριον σκύφιον δέπας καλεῖ ἐν ἴσῳ τῷ σκυφοειδὲς, (verba haec ἐν ἴσῳ τῷ σκυφοειδὲς grammatica ex margine interpretatio eſſe videtur) λέγει δὲ ἐπὶ τῦ Ἡρακλέυς· σκύφειον δὲ λαβὼν δέπας ἔμμετρον ὡς τριλαγηνὸν, πῖεν ἐπισχόμενος, τό ῥα παρέθηκε Φόλος κεράσας. Et paullo poſt τὸ δ' ἐν Γηρυονίδι Στησιχόρυ, ὡς τριλάγηνον, τὴν τῶν τριῶν γενῶν ἀμφιβολίαν ἔχει. Ita enim legendum: hoc enim declarare vult Athaeneus, ὡς τριλάγηνον apud Steſichorum ita eſſe poſitum, ut, quo genere vocem adhibuerit, non ſatis appareat.

Spectat autem hoc fragmentum manifeſte ad hoſpitium Herculis, quo a Pholo Centauro, Sileni et Meliae filio, in monte Arcadiae, Pholoe, fuit exceptus. Namque is non carnes modo, appoſuit, verum etiam Herculi poſcenti vinum, commune Centaurorum dolium relevit, quo facto, odore allecti reliqui Centauri pugnam cum Hercule fecerunt. Locus claſſicus eſt apud Apollodorum libr. II, Cap. 5, §. 4. p. 104. Eſt autem Pholus is, de quo Lucan. Lib. VI. 391. *Hoſpes et Alcidae magni, Phole.* Haec omnia me adducunt, ut

fragmentum ex Geryonide ſupereſſe exiſtimem. Ab aliis Pholus inter eos memoratur, qui Centaurorum pugna inter Pirithoi cum Hippodamia nuptias, occiſi fuerunt. Vid. Metamorph. Ovid. lib. XII. V. 210. ſeqq. et 306. et interpp. ad Virgilii Georgica lib. II, 456, ſed is ab hoc loco alienus eſſe videtur.

Ceterum locum Vrſinus l. c. ita exhibuit.

Σκύφιον δὲ λαβὼν, δέπας
Ἔμμετρον, ὡς τριλάγηνον,
Πῖεν ἐπισχόμενος, τὸ ῥά οἱ
Παρέθηκε Φόλος κεράσας

Iudicent alii an melius ſic refingatur.

Σκύπφιον δὲ λαβὼν δέπας ἔμμετρον, ὡς τριλάγηνον,
Πῖεν ἐπισχόμενος. Τὸ ῥά οἱ παρέθηκε Φόλος ——
—— κεράσας —

In ultima parte pro Φόλος alia Centauri declaratio fuiſſe videtur in poeta v. c. παρέθηκε Θεούδης Ἔυ κεράσας — aut alia ſimili ratione explenda.

IV.

Pauſan. VIII, 3, p. 601, Παλλαντίου μὲν δὴ καὶ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος ἐν Γηρυόνῃ Διὶ ἐποιήσατο μνήμην Ἐν Γηρυόνῃ Διι, ſic quidem in optima Pauſaniae editione, quae Kuhnium habet auctorem, legitur. At ſine dubio ἐν Γηρυονίδι eſt reſcribendum, vt in Geryonide locus reſpiciatur. De Pallantio vero, antiquiſſimo Arcadiae oppido, agit Pauſanias, a Pallante Lycaonis filio, appellato.

V.

V.

Scholiaſt. Heſiod. Theog. p. 256. Στησίχορος δὲ καὶ ἓξ χεῖρας φησὶ καὶ ἓξ πόδας καὶ ὑπόπτερον αὐτὸν εἶναι ſc. Geryonem. Vetuſtiſſimi vero poetarum ſermonis hoc eſſe putandum, ut, cum robur viri inſigne declarare vellent, tres, ſex, centum, brachia vel manus ei tribuerent. Talis Briareus, de quo Heſiodus Theog. 149-50. et Homerus. Iliad. I. 402-405.

VI.

Athen. XII, p. 512. f. Τοῦτον οὖν, de Hercule agit, φησὶν (Megaclides) οἱ νέοι ποιηταὶ κατασκευάζουσιν ἐν ληστοῦ σχήματι μόνον περιπορευόμενον, ξύλον ἔχοντα καὶ λεοντῆν καὶ τόξα· καὶ ταῦτα πλάσαι πρῶτον Στησίχορον τὸν Ἱμεραῖον· καὶ Ξάνθος δ' ὁ μελοποιὸς πρεσβύτερος ὢν Στησιχόρου, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Στησίχορος μαρτυρεῖ, ὥς φησιν ὁ Μεγακλείδης, οὐ ταύτην αὐτῷ περιτίθησι τὴν στολὴν, ἀλλὰ τὴν Ὁμηρικήν.

Agitur de Hercule, quem, Megaclide aliquo ſophiſticis ratiunculis arguente, veteres poetae exhibuerint, tanquam a voluptatibus et vitae deliciis non alienum, cum iuniores poetae Herculi clavam, leonis ſpolia et arcum tribuant. Hoc primum Steſichorum eſſe commentum, Megaclides aiebat; quippe etiam Xanthum, Lyricum, Steſichoro antiquiorem, quod ipſe Steſichorus teſtetur, non leonis ſpolia et arcum, ſed veſtitum Homericum ipſi tribuiſſe, h. e. qualem ſuis heroibus Homerus tribuit, ut interpp. Athenaei exponunt; et Herculis tunicati ſtatua ex Plinio 34, 8 a Dalecampio ad hunc locum bene memoratur. In eundem modum plu-

ra a iunioribus poëtis in habitu Herculis fuerunt innovata, Nam qui primus Herculi leonina ſpolia circumiecerit, Piſander fuiſſe memoratur. Igitur ex Athenaei loco hoc diſcimus, Steſichorum primum clavam, leonis ſpolia, et arcum (ξύλον, λεοντῆν, καὶ τόξα) tribuiſſe Herculi et Xanthi meminiſſe, qui aliter tradiderat. Tales ad veterum poetarum figmenta provocationes etiam apud Pindarum occurrunt.

VII.

Σαρπηδονία νῆσος.

Inſula Sarpedonia.

Vrſin. p. 88.

Scholiaſtes ad Apollon. Rhod. ad lib. I, 211. narrat varias veterum ſententias de Zetae et Calais, qui Boreae filii erant, patria ac natalibus, tum pergit τὴν δὲ Ὠρίθυιαν Σιμωνίδης ἀπὸ Βριλλισσοῦ φησὶν ἁρπαγεῖσαν, ἐπὶ τὴν Σαρπηδονίαν πέτραν τῆς Θρᾴκης ἐνεχθῆναι. Ἔστι γὰρ καὶ τῆς Κιλικίας ὁμώνυμος, ὡς Καλλισθένης. Στησίχορος δὲ ἐν τῇ Γηρυονίδι, καὶ νῆσόν τινα ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει Σαρπηδονίαν φησί. Itaque ſecundum Steſichorum in Geryonide inſula maris Atlantici Sarpedonia dicta fuit; quae una ex fortunatis inſulis eſſe debuit; ut forte a Steſichoro Sarpedon, de cuius iuſtis, tumulo ac cippo tam ſollicitus fuit Homerus Il. Π, 453. ſeqq. 666. ſeqq. in Inſulas fortunatas beatorum transvectus fuerit, quo apud Homerum Menelaus perventurus erat ex Protei vaticinio Odyſſ. Δ, 463. ſeqq.

VIII.

VIII.

Pauſanias IX, cap. IX. p. 731. Ἐπιδεικνύουσι δὲ (Thebis) Ἡρακλέους τῶν παίδων τῶν ἐκ Μεγάρας μνῆμα, οὐδέν τι ὁμοίως τὰ ἐς τὸν θάνατον λέγοντες, ἢ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος καὶ Πανύασις ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησαν. Ad Herculem ſaltem haec ſpectant, qui furore liberos occidit, de quibus diverſa tradita eſſe debuere a Panyaſi (in Ἡρακλείᾳ puta) et a Steſichoro.

Helena.

Scripſerat Steſichorus Helenae vituperium, et mox à Dea excoecatus Palinodiam. Nota fabula, cuius paſſim veteres meminerunt. Vide inprimis Iſocrat. in Helenes Encom. p. 218. D. edit. Cant. Svid. in Στησίχορος, Horat. Epod. XVII, 42. ſeqq. Pauſan. III, 19, pag. 260. ubi vid. quos Kuhnius laudat, at cum Pauſania inprimis comparandus Conon in Narr. 18. ap. Phot. p. 432. alios vid. apud Fulv. Urſin. p. 305. ſeqq. add. Lucian. II, de var. hiſtor. 15. Tom. II. edit. Reitz. Allat. de patria Homeri Cap. 8. p. 142. ſeqq. Transtuliſſe ex eo carmine nonnulla in Epithalamium ſuum Helenae Theocritus creditus eſt. Scholiaſt. ad illud (ap. Urſin. p. 84.) ἐπιγέγραπται τὸ παρὸν εἰδύλλιον, Ἑλένης ἐπιθαλάμιον, καὶ ἐν αὐτῷ τινα εἴληπται ἐκ τοῦ πρώτου (an leg. πρὸ τούτου) Στησιχόρου Ἑλένης ἐπιθαλαμίου. Horatius etiam Od. XVI. lib. I, quae Palinodiam continet, graeca Steſichori vel vertiſſe vel imitatione expreſſiſſe videtur, cf eius Scholiaſt. ad verſ. 28.

Quae ex Helena indagare potuimus fragmenta, ad Palinodiam, quantum intelligere licet, ſpectantia, haec ſunt.

I.

Ὀυκ ἐστ᾽ ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος,
Ὀυ δ᾽ ἔβας ἐν νηυσὶν ἐυσέλμοις,
Ὀυδ᾽ ἵκεο Πέργαμα Τροίας.

Non eſt vera illa narratio,
Non iviſti in navibus bona habentibus tranſtra
Non veniſti ad Pergama Troiae.

Vrſin. p. 79, Steph. p. 440.

Plato in Phaedro opp. Tom. III. p. 243. A. Ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ᾔσθετο, Στησίχορος δέ· τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κατηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ Ὅμηρος, ἀλλ᾽ ἅτε μουσικὸς ὢν ἔγνω τὴν αἰτίαν καὶ ποιεῖ εὐθύς· Οὐκ ἔστ᾽ ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, οὐδ᾽ ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ᾽ ἵκεο Πέργαμα Τροίας, ποιήσας δὴ πᾶσαν τὴν καλουμένην Παλινῳδίαν, παραχρῆμα ἀνέβλεψεν.

Ad Palinodiam hoc fragmentum pertinere, dubitari non poteſt. Petita autem eſt Steſichori excuſatio ex illo poetarum loco, qui in Euripidis Helena inprimis tractatus eſt, Helenam non ad Troiam fuiſſe abductam, ſed a Proteo in Aegypto retentam et cuſtoditam. Videntur autem verſus ſic conſtituendi.

Ὀυκ ἔστ᾽ ἔτυμος λόγος οὗτος,
Ὀτ᾽ ἔβας ἐν νηυσ᾽ ἐυσέλμοις,
Ὀυδ᾽ ἵκεο Πέργαμα Τροίας.

Forte etiam ad e. l. alludit Athenaeus XI, p. 505, B. edit. Lugd. cum Xenophon Menonem durum et inſolentem exhibuiſſet, ὁ καλὸς Πλάτων, μονονουχὶ εἰπὼν οὐκ ἔστ᾽ ἔτυμος λόγος οὗτος, ἐγκώμια αὐτοῦ διεξέρχεται.

Eo

Eo reſpicit locus Dionis Chryſoſtomi in Orat. XI. p. 162. A. Ὅυτω δὲ, ἔφη, γελόιως ἀπὸ τέτων διάκεισθε ὑμεῖς, ὥστε ποιητὴν ἕτερον Ὁμήρῳ πεισθέντα, καὶ ταῦτα πάντα ποιήσαντα περὶ Ἑλένης, Στησίχορον, ὡς οἶμαι, τυφλωθῆναι φάτε ὑπὸ τῆς Ἑλένης, ὡς ψευσάμενον· αὖθις δὲ ἀναβλέψαι τἀναντία ποιήσαντα· καὶ ταῦτα λέγοντες ὐδὲν ἧττον ἀληθῆ φασιν ἔιναι τὴν Ὁμήρε ποίησιν, καὶ τὸν μὲν Στησίχορον ἐν τῇ ὑστερὸν ᾠδῇ λέγειν, ὅτι τὸ παράπαν ὐδὲ πλεύσειεν ἡ Ἑλένη ὐδαμόσε.

II.

Τρῶες, ὁι τότ' ἦσαν Ἑλένης εἴδωλον ἔχοντες.
Troiani, qui tunc habebant ſimulacrum Helenes.

Schol. Lycophron. v. 113. Λέγουσι γὰρ, ὅτι διερχομένῳ δι' Αἰγύπτε, ὡς Πρωτεὺς Ἑλένην ἀφ[illegible]όμενος εἴδωλον Ἑλένης αὐτῷ (αὐτῇ) δέδωκε, καὶ οὕτως ἔπλευσεν εἰς Τροίαν, ὥς φησὶ Στησίχορος· Τρῶες, ὁι τότ' ἔσαν Ἑλένης εἴδωλον ἔχοντες.

Οἱ τότ' ἦσαν, haec Meurſio placet lectio, ſed mihi magis ἴσαν arridet, ut forte verſus ita fuerit conſtitutus.

Τρῶες — ὁι τότ' ἴσαν — Ἑλένης εἴδωλον ἔχοντες.

Plato de Republ. IX, p. 586, C. opp. Tom. II. Καὶ περιμαχήτες ἔιναι, ὥσπερ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ Στησίχορος φησὶ γενέσθαι περιμάχητον ἀγνοίᾳ τε ἀληθές. Locus iam Urſino laudatus p. 86.

Eodem reſpicit locus Ariſtidis in Milciad. Ἀλλ' ὥσπερ τῶν ποιητῶν φασί τινες τὸν Ἀλέξανδρον τῆς Ἑλένης τὸ εἴδωλον λαβεῖν, αὐτὴν δὲ ὐ δυνηθῆναι, ubi Schol.

III.

Οὕνεκα Τυνδάρεως ῥέζων ἅπασι θεοῖς,
Μιᾶς λάθετο ἠπιοδώρου Κύπριδος,
Κεῖνα δὲ Τυνδάρεω κούραις χολωσαμένη,
Διγάμους καὶ τριγάμους τίθησι καὶ λιπεσήνορας.

Quoniam Tyndareus ſacra faciens omnibus diis,
Unam oblitus erat, almam Venerem,
Tum vero illa Tyndarei filiabus irata,
Binis et ternis nuptiis iungi eas et fieri adulteras iuſſit.

Urſin. p. 80, Steph. p. 434.

Schol. Euripid. Oreſt. v. 249. Στησίχορος φησὶν, ὡς θύων τοῖς θεοῖς Τυνδάρεως, Ἀφροδίτης ἐπελάθετο, ἡ δὲ θεὸς ὀργισθεῖσα, διγάμους τε καὶ τριγάμους καὶ λειψάνδρους αὐτοῦ τὰς θυγατέρας ἐποίησεν· ἔχει δὲ ἡ χρῆσις οὕτως. Οὕνεκα Τυνδάρεως ῥέζων ἅπασι θεοῖς, μιᾶς λάθετο ἠπιοδώρου Κύπριδος, κεῖνα δὲ κούραις χολωσαμένη, διγάμους τε καὶ τριγάμους τίθησι, καὶ λιπεσήνορας.

Metrum vix reſtituas; niſi in his forte verſibus:

— οὕνεκα Τυνδάρεως —
Ῥέζων (πότ') ἅπασι θεοῖσι,
Μιᾶς λάθετ' ἠπιοδώρου
— Κύπριδος — κεῖνα δὲ κούραις
— χολωσαμένη —
Διγάμους τριγάμους τε τίθησι,
— καὶ λιπεσήνορας —

Quod *διγάμους* et *τριγάμους* factas addit, ad adulteria ſpectare putandum.

IV.

Δράκων ἐδόκησε μολεῖν κάρα βεβροτωμένος ἄκρον,
Ἐκ δ' ἄρα τῦ βασιλεὺς Πλεισθενίδας ἐφάνη.

Viſus eſt draco accedere ſummo capite ſanguine infectus,
Exque eo rex Pliſthenides apparuit.

Vrſin. p. Steph. 438.

Plutarchus de his, qui ſero a Numine puniuntur. opp. Tom. II. p. *p.* 555. A, Ὥστε πρὸς τὰ γινόμενα καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν διαπλάττεσθαι τὸ τῆς Κλυταιμνήστρας ἐνύπνιον τὸν Στησίχορον, οὑτωσίπως λέγοντα τάδε· δράκων ἐδόκησε μολεῖν κάρα βεβροτωμένος ἄκρον, ἐκ δ' ἄρα τῦ βασιλεὺς Πλεισθενίδας ἐφάνη.

Plutarchus illo loco terrores et ſuperſtitiones narrat, quibus ſceleratorum et improborum hominum animi ſaepe agitantur, facinore maxime perpetrato. Ad veritatem itaque Steſichorum Clytaemneſtram exhibuiſſe, iam adulterii crimine contaminatam, et facinoris conſcientia exagitatam per ſomnum videre ſerpentem ſanguinolento capite, qui mox in Agamemnonem mutaretur. Hic enim eſt Πλεισθενίδας, quippe Agamemnon et Menelaus, Pliſthene vero eorum patre mature mortuo, ab Atreo adoptati et educati, ideoque vere Pliſthenis fuere filii, ita apud Sabin. Epiſt. I, 107 *felix Pliſthenide* pro Menelao et Ovid. Remed. Amor. 778 *torus Pliſthenius*, pro Agamemnone.

Quod ad metrum attinet, videtur prima vox ſuperiori verſui adhaeſiſſe, alter autem ita eſſe conſtituendus.

— δράκων —
— μολεῖν ἐδόκησε κάρα βεβροτωμένος ἄκρον,
Ἐκ δ' ἄρα τοῦ βασιλεὺς Πλεισθενίδας ἐφάνη.

Ut hoc adeo fragmentum metro diverſum, ad alterum carmen, Helenae vituperium, pertinuiſſe videatur; quod elegis perſcriptum eſſe debuit. Sin tamen ad idem metrum revocare malis, quo ſuperiora fragmenta reſtituta vidimus, ita refingi poſſunt verſus:

Δράκων δ' ἐδόκησε μολεῖν
Κάρα βεβροτωμένος ἄ —
Κρον, ἐκ δ' ἄρα τοῦ βασιλεὺς
Πλεισθενίδας ἐφάνη. Ut iam fere Urſinus.

V.

Πολλὰ μὲν Κυδώνια μᾶλα ποτερρίπτουν ποτὶ δίφρον ἄνακτι,
Πολλὰ δὲ μύρρινα φύλλα καὶ ῥοδίνους στεφάνους ἴωντε κορωνίδας οὔλας.

Multa quidem Cydonia mala iaciebant in currum regis,
Multa etiam myrteas frondes et roſarum ac violarum corollas pulchras.

Vrſin. p. 80. n. XI. Steph. p. 436.

Athenaeus III. p. 81. D. ubi de Cydoniis malis agit, Κυδωνίων δὲ μήλων μνημονεύει Στησίχορος ἐν Ἑλένῃ οὕτως· πολλὰ μὲν Κυδώνια μᾶλα ποτερρίπτουν ποτὶ δίφρον ἄνακτι, πολλὰ δὲ μύρρινα φύλλα καὶ ῥοδίνους στεφάνους ἴωντε κορωνίδας οὔλας.

Cydonia mala eſſe noſtra *Quitten*, non dubitatur. His impetitum ait poeta eum, quisquis curru in eius

carmine

carmine vectus fuit exhibitus; Menelaus forte, qui Helenam iam inter plures procos uxorem abducebat.

Ὄυλας κορωνίδας antique dictas puta, ut ſint molles, Etymol. M. et Heſychius in κορωνίδες· οἱ ἐκ τῶν ἴων πεπλεγμένοι στέφανοι· ὄυλας· ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ μαλακὸν, ὅ ἐστι τὸ ἁπαλόν. Verſus ſic forte conſtituendi.

— πολλὰ Κυδώνια μᾶλα
Ῥίπτυν ποτὶ δίφρον ἄνακτι,
— πολλὰ δὲ μύῤῥινα φύλλα,
Ῥοδίνυς στεφάνυς τε —
Ἴωντε κορωνίδας ὄυλας.

VI.

Λιθαργύριος ποδονιπτήρ.

Pelluvium argentei fulgoris.

Vrſin. p. 83.

Athenaeus, p. 451, D. Καὶ Στησίχορος δ' ἐν Ἑλένῃ λιθαργύριον ποδονιπτῆρα ἔφη.

Λιθαργύριος, μονήρης λέξις, ideoque propria vis ac poteſtas, quae huic verbo eſt ſubiecta vix conſtitui poteſt. Nos ei in verſione eam tribuimus ſignificationem, quae optima eſt viſa. Lithargyrus, ſcoria argenti, ſimpliciter ad ſplendorem referri a poeta potuit.

VII.

Ἑλένη ἑκοῦσα ἀπῆρε.

Helena volens diſceſſit.

Vrſin. p. 79.

Photius

Photius ex Ptolem. Hephaeſt. cod. CXC. p. 482. Ἀρχέλαος δὲ ὁ Κύπριος Στησιχόρου φησὶ τοῦ ποιητοῦ Ἑλένην Ἱμεραίαν ἐρωμένην γενέσθαι, Μικύθου θυγατέρα, ἀποστᾶσαν δὲ Στησιχόρου, καὶ πρὸς Βούπαλον πορευθεῖσαν, ἀμυνόμενον τῆς ὑπεροψίας τὸν ποιητὴν γράψαι· Ἑλένη ἑκοῦσα ἀπῆρε, ψευδῆ δὲ τὸν λόγον περὶ τῆς πηρώσεως εἶναι.

Archelaus Cyprius igitur de Steſichoro excaecato narrationem falſam eſſe, et Helenam Himerenſem puellam Micythi filiam eius fuiſſe amicam, quae, eo relicto, ad Bupalum ſe contulerat, quo ſuo contemptu iratum poetam verba iſta ſcripſiſſe: Ἑλένη ἑκοῦσ' ἀπῆρε, ut ſcribendum videtur.

VIII.

Ὤικτειρε γὰρ αὐτὸν ὕδωρ αἰεὶ φορέοντα Διὸς κούρα βασιλεῦσιν.

Miſerta eſt Iovis filia eius, regibus ſemper ferentis aquam.

Vrſin. p. 81. n. XVIII, Steph. p. 442.

Athenaeus X, p. 457. Α. . . . τὸν τρωϊκὸν μῦθον· ἐν ᾧ Ἐπειὸς ὑδροφορεῖ τοῖς Ἀτρείδαις, ὡς καὶ Στησίχορος φησίν· ᾤκτειρε γὰρ αὐτὸν ὕδωρ αἰεὶ φορέοντα Διὸς κούρα βασιλεῦσιν.

Agit Athenaeus de gripho, eiusque affert exemplum ex Simonide hoc fere argumento: *Qui Cicadae certamen obire recuſaret, magnam Epeo Panopeiadae coenam dare teneretur.* In huius griphi interpretatione eiusque ſenſu explicando et eruendo ſic verſatur Athenaeus, ut narret, tempore, quo Simonides Cartheae (Cei inſulae oppidum eſt Plin. IV. cap. 12) commoratus eſſet, id ei fuiſſe curae, inque eo eum elaboraſſe, ut chorum doceret, h. e. carmen et numeros chori celebrandi inſtitueret et proponeret, locum autem, quo haec do-

doceret, in ſuperiori urbis parte iuxta templum Apollinis procul mari ſitum fuiſſe; ut ad ſacra facienda et aliis et ipſi Simonidi ex inferiori urbis parte, ubi fons erat, aqua petenda eſſet. Aſinum autem, quo ad ſubvehendam aquam utebantur, Epeum appellaverant, quandoquidem in fabulis traditum fuit, Epeum ad Troiam heroibus aquam apportaſſe, inque ipſo templo Apollinis τρωϊκὸς μῦθος pictus erat, qui Epeum aquam Atridis ferentem repreſentaret. Idem Steſichori verſu conſtare ait Athenaeus eique verſui hanc ſubiicit interpretationem, Simonidem hoc gripho hoc innuiſſe, ut ex iis, qui chorum docebantur, quisquis ad dictum tempus non adeſſet, ei choenicem aſino dare poena eſſet.

Videntur vero verſus in hunc modum in metrum redigendi.

—— ᾤκτειρε γὰρ αὐτὸν
Ἀεὶ — ὕδωρ φορέοντα
Διὸς κούρα βασιλεῦσιν.

Iovis filia in hoc verſu memorata, quae Epei miſereretur aquam ferentis, Helena eſſe, verſusque adeo ex Helenae ἐγκωμίῳ petitus eſſe debuit. Sed apud Euſtathium ad Il. ψ. p. 1323, ubi hic verſus etiam laudatur de Epeo, melior lectio Διὸς κούροις βασιλεῦσιν ſervata eſt, τὸν δὲ εἰρημένον Ἐπειὸν ὑδροφορεῖν τοῖς Ἀτρείδαις ἱστορεῖ Στησίχορος ἐν τῷ, ᾤκτειρε δ' αὐτὸν ὕδωρ ἀεὶ φορέοντα Διὸς κούροις βασιλεῦσιν. Ἔνθα ὅρα τὸ, Διὸς κούροις, καθ' ὃ καὶ Διὸς κούρη ἡ Ἀφροδίτη, ἐν παραθέσει, ὥστε καθ' ἐξοχὴν τινας Διὸς κούρους συνθέτως, οἱ τῆς Λήδας καὶ τοῦ Διός· ἡ δὲ ῥηθεῖσα ἱστορία Ἐπειοῦ ὑδροφορήσεως ὑπεκίνησε τὸν Σιμωνίδην αἴνιγμα θέσθαι ἐπὶ ὄνῳ ὑδροφοροῦντι αὐτῷ τε καὶ τοῖς μαθηταῖς, ἐν ᾧ Πανοπηϊάδην ἐκεῖνος τὸν ῥηθέντα ὄνον εἶπεν, ἤγουν Πανοπέως υἱὸν Ἐπειόν.

IX.

Schol. Euripid. Oreſt. 1287. Στησίχορος περὶ τῶν καταλεύειν αὐτὴν μελλόντων· φησὶ γὰρ ἅμα τῷ τὴν ὄψιν αὐτῆς ἰδεῖν αὐτὺς, ἀφεῖναι τὺς λίθυς ἐπὶ τὴν γῆν. Tam magna ſcilicet atque eximia Helenes venuſtas, pulcritudo atque gratia erat.

Vrſin. p. 86. Steph. 438.

X.

Schol. Hom. Il. B. 339. Πῦ δὴ καὶ αἱ συνθῆκαι τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀρίστων, ἐπὶ μνηστείαν τῆς Ἑλένης παρόντων, διὰ γένος καὶ κάλλος; Τυνδάρεως ὁ πατὴρ αὐτῆς, ὥς τινες φασὶ, φυλασσόμενος, μή ποτε, ἵνα αὐτῶν προκρίνας, τὺς ἄλλυς ἐχθρὺς ποιήσηται, κοινὸν αὐτῶν ὅρκον ἔλαβεν, ἦ μὴν τῷ ληψομένῳ τὴν παῖδα, ἀδικυμένῳ περὶ αὐτὴν, σφόδρα ἐπαμύνειν· διόπερ Μενελάῳ αὐτὴν ἐκδίδωσι, καὶ μετ' ὐ πολὺν χρόνον ἁρπαχθείσης ὑπὸ Ἀλεξάνδρυ, ἐκοινώνησαν τῆς στρατείας διὰ τὺς γενομένυς ὅρκυς· ἡ ἱστορία παρὰ Στησιχόρῳ.

Vrſin. p. 88.

Ἰλίυ Πέρσις.

Carmine hoc potiſſimum, Homeri factus imitator, ut Dio Or. II. de Regn. p. 22, et Quintilian. X. 1, teſtantur, epici carminis munus ſuſtentaſſe perhibetur:

I.

Δεῦρ' ἄγε Καλλιόπεια λιγεῖα.

Huc ades, Calliope arguta.

Vrſin. p. 79. Steph. 442.

Euſtathius ad Il. A, p. 10. Δεῦρ' ἄγε Καλλιόπεια λιγεῖα.

Ex-

Exponit ibi Euſtathius Iliados primum verſum μῆνιν ἄειδε, θεὰ, ad cuius imitationem Steſichorus ſuum principium Ilii excidii compoſuiſſe nobis videtur.

Λιγεῖα, Euſtathio auctore, προπαροξυτόνως ſcribendum eſſet ſecundum Homerum, qui voluit ita dici, ab una Sirenum, cui nomen λίγεια, ſed mihi magis Ioſuae Barneſii ſententia arridet, qui in iis locis, ubi appellativum, λιγεῖα, προπερισπωμένως, ubi proprium λίγεια προπαροξυτόνως ſcribendum eſſe exiſtimat. Sed hae ſubtilitates aut potius nugae Criticorum ſunt.

II.

Καθελών.

Harpocration in hoc verbo, ἐχρήσαντο δὲ οὕτως τῷ ὀνόματι καὶ ἄλλοι, ὡς καὶ Στησίχορος ἐν Ἰλίου Πέρσει.

Urſin. p. 87.

Harpocration in iis, quae verba allata praecedunt, in explicatione τοῦ καθελών verſatur et verba ἐν ὁδῷ καθελών apud Demoſthenem ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους, obvia per τὸ ἀνελών vel ἀποκτείνας explicat, atque eandem vim ac poteſtatem huic verbo Steſichorum ſubiecisse in Ἰλίου Πέρσει narrat.

III.

Pauſanias X, c. 27. p. 865. Ἐς δὲ Ἑκάβην Στησίχορος ἐν Ἰλίου Περσίδι ἐποίησεν, ὡς Λυκίαν ὑπὸ Ἀπόλλωνος αὐτὴν κομισθῆναι.

μισθῆναι. Valde hoc a vulgari narratione recedit, qua in canem vel ſaxum mutata fertur Hecuba. Vid. ad Eurip. Hecubam Barneſius ad verſum 1265. ſed poetam ſuo more fabulam tractaſſe apparet. Ceterum vitioſe ἐν Ἰλίου Περσίδι ſcriptum videtur, pro ἐν Ἰλίου Πέρσει.

IV.

Pauſanias X, c. 26. p. 862. Τῶν δὲ γυναικῶν τῶν μεταξὺ τῆς τε Αἴθρας καὶ Νέστορός εἰσιν ἄνωθεν τούτων αἰχμάλωτοι καὶ αὗται, Κλυμένη τε καὶ Κρέουσα, καὶ Ἀριστομάχη καὶ Ξενοδίκη. Κλυμένην μὲν οὖν Στησίχορος ἐν Ἰλίου Περσίδι κατηρίθμηκεν ἐν ταῖς αἰχμαλώτοις. Clymene haec cum Helena a Paride fuerat abducta, atque huic una cum Aethra pro ſerva addicta. Vid. Il. Γ. 144 Οὐκ οἴη, ἅμα τῇγε καὶ ἀμφίπολοι δύ᾽ ἕποντο, Αἴθρη Πιτθῆος θυγάτηρ, Κλυμένη τε βοῶπις.

V.

Athenaeus XIII, p. 610, C. Καὶ ἐὰν μέν τίς σου πύθηται, τίνες ἦσαν οἱ εἰς τὸν δούρειον ἵππον ἐγκατακλεισθέντες, ἑνὸς καὶ δευτέρου ἴσως ἐρεῖς ὄνομα καὶ οὐδὲ ταῦτ᾽ ἐκ τῶν Στησιχόρου, σχολῇ γάρ, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς Ἀκάτου Ἀργείου Ἰλιοπερσίδος (l Ἰλίου Πέρσεως) Eodem ſpectat locus Euſtath. ad Odyſſ. Λ, p. 1698. I, φασὶ δὲ τοὺς εἰς αὐτὸν (τὸν δούρειον ἵππον) καταβάντας τινὲς μὲν, ὧν καὶ Στησίχορος, ἑκατὸν εἶναι.

Etiam ap. Urſin. p. 87. Narratio de equo Durio vel ex Virgilio nota eſt.

VI.

Pauſanias X, c. 26. p. 864. Ἡ Μέδουσα δὲ κατέχουσα ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις τὸν (χαλκοῦν) ὑποστάτην ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κάθηται· Ἐν δὲ ταῖς Πριάμου θυγατράσιν ἀριθμήσαιτ' ἄν τις καὶ ταύτην κατὰ τοῦ Ἱμεραίου τὴν ᾠδήν.

Etiam hic locus ad Polygnoti tabulam Delphis in Leſche pictam pertinet, Meduſa igitur a Steſichoro, nam is Himera oriundus Ἱμεραῖος eſt, inter Priami filias fuit memorata.

VII.

Tzetzes in Μεθομηρ. ap. Dodwell. de Cyclis p. 802.

Εἶτα λοιπόν μοι μετ' αὐτὰ μάθοις τὰ τοῦ πολέμου
Κατὰ λεπτὸν τὰ σύμπαντα στενῶς πεπλατυσμένως
Οὕτως, ὡς ἂν ἀνέγνωκας Ὁμήρους, Στησιχόρους,
Εὐριπιδολυκόφρονας, Κολλούθους τε καὶ Λέσχας,
Καὶ Δίκτυν συγγραψάμενον καλῶς τὴν Ἰλιάδα.

Cum inter eos, qui res Iliacas ſcripſerunt, referat Tzetza Steſichorum, ad hanc ipſam Ἰλίου Πέρσιν reſpicere ille debuit.

VIII.

Tabula Iliaca a Fabretto edita p. 342. inter auctores, e quibus delineatae res Iliacae fuerint, laudat etiam Steſichorum.

Τοιάδε χρὴ Χαρίτων
Δαμώματα καλλικόμων
Ὑμνεῖν, Φρύγιον μέλος ἐξ-
Ευρόντ', ἁβρῶς
Ἦρος ἐπερχομένε.

II.

Ὅταν ἦρος ὥρᾳ κελαδῇ χελιδών.
Cum tempore veris hirundo garrit.

Schol. Ariſtoph. ad Pac. v. 800. Καὶ αὕτη πλοκὴ Στησιχόρειος· φησὶ γὰρ οὕτως. Ὅταν ἦρος ὥρᾳ κελαδῇ χελιδών.

Ex Schol. verbis ſuſpicor, eodem carmine et haec occurriſſe.

III.

Euripidis ſunt verba Oreſt. 268.

Δὸς τόξα μοι κερουλκὰ, δῶρα Λοξίου,
Οἷς μ' εἶπ' Ἀπόλλων ἐξαμύνεσθαι θεάς,
Εἴ μ' ἐκφοβοῖεν μανιάσιν λυσσήμασι.

In quibus Oreſtes Furiis agitatus ſuum arcum poſcit. Ad haec verba Scholiaſtes, poſtquam illa interpretatus eſt, pergit, Στησίχορος δὲ τόξα φησὶν αὐτὸν εἰληφέναι παρὰ Ἀπόλλωνος.

Vrſin. p. 83. Steph. 438.

IV.

Schol. Aeſchyli Agamem. v. Γείλισσαν δὲ φησὶ τὴν Ὀρέστου τροφὸν, Πίνδαρος δὲ Ἀρσινόην, Στησίχορος δὲ Λαοδάμειαν.

Vrſin. p. 88.

Pindari locus eſt Pyth. Od. XI, 26.

Παι-

Παιδιὰ vel Παιδικά.

Athenaeus XIII, p. 601. A. Καὶ Στησίχορος δ' ἐ μετρίως ἐρωτικὸς γενόμενος συνέστησε καὶ τῦτον τὸν τρόπον τῶν ᾀσμάτων, ἃ δὴ καὶ τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο παιδιὰ καὶ παιδικά. Quibus verbis adeo conſtat Steſichorum carmine lyrico amores puerorum celebraſſe.

Vrſin. p. 89.

II.

Ἄγε Μῦσα λιγεῖα ἄρξον ἀοιδᾶς ἐρατῶν
Ὑμνῦς Σαμίων περὶ παίδων,
Ἐρατᾷ φθεγγομένα λύρᾳ.

Age Muſa arguta, praecine carmen
In laudem Samiorum puerorum,
Dulciſſime reſonans lyra.

Vrſin. p. 79. Steph. p. 440.

Strabo VIII, p. 347. D. Ἐνταῦθα δὲ πεδίον ἐστὶ Σαμικὸν ὀνομαζόμενον, ἐξ ὖ δὴ καὶ μάλιστα ἄν τις τεκμαίροιτο πόλιν ὑπάρξαι ποτὲ Σάμον. Ἐστὶ δὲ καὶ Ῥαδινὴ, εἰς ἣν Στησίχορος τὸ ποίημα γεγραφέναι δοκεῖ· ὖ ἡ ἀρχὴ· Ἄγε Μῦσα λιγεῖα, ἄρξον ἀοιδᾶς ἐράτων ὕμνυς Σαμίων περὶ παίδων ἐρατᾷ φθεγγομένα λύρᾳ. Ἐντεῦθεν λέγει τὺς παῖδας· ἐκδοθεῖσαν γὰρ τὴν Ῥαδινὴν εἰς Κόρινθον τυράννῳ φησὶν ἐκ τῆς Σάμυ πλεῦσαι, πνέοντος ζεφύρυ, ὐ δήπυθεν τῆς Ἰωνικῆς Σάμυ, τῷ δ' αὐτῷ ἀνέμῳ καὶ ἀρχιθέωρον εἰς Δελφὺς ὄντα ἀδελφὸν αὐτῆς ἐλθεῖν· καὶ τὸν ἀνεψιὸν ἐρῶντα αὐτῆς ἅρματι εἰς Κόρινθον ἐξορμῆσαι παρ' αὐτήν. Ὁ δὲ τύραννος κτείνας ἀμφοτέρυς, ἅρματι ἀποπέμπει τὰ σώματα, μεταγνὺς δ' ἀνακαλεῖ καὶ θάπτει.

Strabo in deſcriptione regionis Eleae verſatur, in qua olim fuit urbs Samos cum Samico campo et monte. Ad hanc Samon, non ad Ionicam inſulam eius nominis in

in Aſia, verba refert ex Steſichoro memorata. Fuit Rhadina Samia puella, quae Corinthum navigabat, ut tyranno nuberet. Eodem vento, Zephyro ſcilicet flante, fratris filius, ſacrae legationis princeps Delphos navigat, qui eius amore ardens, curru Corinthum devertit ad eam. At tyrannus eum una cum Rhadina interfecit et cadavera currui impoſita dimiſit, mox, animo mutato, revocat et humat. Igitur Σάμιοι παῖδες ἐρατοὶ videntur eſſe haec Rhadina cum patruele, et ἀδελφὸς in Strabonis verbis videtur mutandus in ἀδελφιδοῦν idemque ideo eſſe cum eo, quod ſequitur ἀνέψιος.

Prima Strabonis verba ἐστὶ δὲ Ῥαδινὴ cet. iam Caſaubono corrupta viſa ſunt: Nam Rhadina urbs nusquam memoratur. Suſpicatur vir doctiſſimus legendum eſſe ἐνθένδε ἦν Ραδινὴ ex hac urbe Samo ſcilicet erat Rhadina, tamen vel ſic id, quod ſubiicitur, ἐντεῦθεν λέγει τοὺς παῖδας, ſi vertas, *hinc nimirum fuiſſe ait eos pueros*, plane ceteris non reſpondet; ſed verba haec ita vertenda ſunt; *hinc de ipſis pueris narrare incipit.*

A Fabricio hoc ᾆσμα inter παιδικὰ Steſichori refertur, ex fabula tamen a Strabone expoſita ſatis apparet, de puerorum amoribus hic nihil actum fuiſſe, niſi παιδικὰ latiori ſenſu pro amatoriis omnino a Steſichoro dicta fuere. Iam quod ad metrum attinet, ſic forte hi verſus ſunt refingendi,

Ἄγε, Μῶσα λιγεῖ, ἄρξον ἀοιδᾶς, ἐρατῶν ὕμνυς
Σαμίων περὶ παίδων ἐρατᾷ φθεγγόμενα λύρᾳ.

Ut ſit φθεγγόμενα ὕμνυς περὶ παίδων ἐρατῶν cet. Nec tamen operae noſtrae ſic ſatis confidimus. Videtur enim vitium in ἐρατῶν ὕμνυς latere. *Heynius* coni. Ἐρατῷ, νόμους h. *modos*.

Παλ-

Παλλάδος ἐγκώμιον. ᾆσμα.

Παλλάδα περσέπολιν κλήζω πολεμαδόκον ἁγνάν.
Παῖδα Διὸς μεγάλε δαμόπωλον, ἄϊστον, Ἀθήνην.

Palladem vrbium vaſtatricem cano, bellatricem caſtam.
Filiam Iouis magni, equorumdomitricem, euertentem, Mineruam.

Vrſin. p. 80.

Schol. Ariſtid. in Milciad. Tom. II. p. 269 ſatis corrupte: Φασί τινες Λαμπροκλέα ἢ Στησίχορον. τὸ δὲ δεινὸν γελοίως ἀντίκειται παρὰ τῷ Κωμικῷ· τὸ γὰρ ᾆσμα ἔτως ἔχει· Παλλάδα περσέπτολιν κλεισοπολεμοδόκον ἁγιὰν παῖδα Διὸς, μεγάλην δαμνηπόλον, ἄριστον, παρθένον. Priorem verſum, quod iam Urſinus p. 307 obſervavit, Lamprocli Athenienſi etiam tribuit Schol. Ariſtophanis in Nub. 964. Ἡ Παλλάδα περσέπτολιν δειναν· ubi Schol. εἴδη ᾀσμάτων -- τὸ μὲν ἒν πρότερον Λαμπροκλέες εἶναί φασιν Ἀθηναίε τε Μίδωνος· ἔχει δὲ οὕτως. Παλλάδα περσέπτολιν κληΐζω, πολεμαδόκον, ἀγνὰν παῖδα Διὸς μεγάλε, δαμάσιππον· et mox οὕτως Ἐρατοσθένης, vt Eratoſthenis illud ſcholion fuiſſe intelligatur. Sequitur aliud ſcholion. Φρύνιχος αὐτε τέτε τε ᾄσματος μέμνηται, ὡς Λαμπροκλέες ὄντος, τε Μίδωνος υἱε, ἢ μαθητε· ἔχει δὲ οὕτως· Παλλάδα περσέπτολιν, δεινὴν θεὸν ἐγρεκύδοιμον ποτικλήϊζω, πολεμαδόκον, ἀγνὰν παῖδα Διὸς μεγάλε, δαμάσιππον, καὶ κατὰ Λαμπροκλέα ὑποτίθησι κατὰ λέξιν. Corruptius adhuc Tzetza habet Chil. I. 683-84.
Παλλάδα περσέπτολιν κλήζω πολεμαδόκον ἀγνὰν, Παῖδα Διὸς μεγάλε, δάμνοπλον, ἄϊστον παρθένον.

Magna in his lectionis varietas, ut ſolet in Hymnis fieri, qui in multorum ore verſati ſunt. Περσέπτολιν ſi ſcribas, tamen περσέπολιν eſt pronunciandum, metri cauſa. In πολεμαδόκον ἀγνὰν, omnes conſentiunt. Δαμάσιππον interpretatio eſt rarioris δαμόπωλον; ἄϊστος, quod apud Homerum paſſivo ſenſu occurrit, *de quo nihil ſcitur*, ἄπυστος, ἀφανὴς, h. l. active deam deſignat, quae ita evertit ac profligat hoſtes, ut nihil de iis amplius compareat. Sic ἀϊστεν poetis v. c. Orph. Argonaut. V. 471. αἴ γάρ κεν ἀϊστώσαντο συνεύνες cet.

II.

Schol. Apollon. IV. 1310, Πρῶτος Στησίχορος ἔφη σὺν ὅπλοις ἐκ τῆς τȣ̃ Διὸς κεφαλῆς ἀναπηδῆσαι τὴν Ἀθηνᾶν. Ipſa res probat, hymnum in Palladem a Schol. reſpici. Primus igitur fuit Steſichorus, qui Minervam *armatam* ex Iovis capite prodiiſſe prodiderat.

Scylla.

Schol. Apollon. ad lib. IV. 828. Στησίχορος δὲ ἐν τῇ Σκύλλῃ Λαμίας τὴν Σκύλλαν φησὶ θυγατέρα εἶναι. Scyllae natales diverſis modis traduntur. Alii enim eam Typhonis et Echidnae, alii Phorcynis et Crataeidis nymphae, pars Phorcynis et Hecates, pars Phorbantis et Hecates filiam dixerunt, et inter matres etiam Perſea et Lamia, ut h. l. a Steſichoro, numerantur.

Συοθῆραι.

De venatione ſuum egiſſe, ex ipſo nomine manifeſtum eſt.

Κρύψαι δὲ ῥύγχος ἄκρον γᾶς ὑπένερθεν.
Occultare ſummum roſtrum ſub terra.

Vrſin. p. 92. Steph. 436.

Athen. III, p. 95. D. Στησίχορος τε φησὶν ἐν Συοθήραις· κρύψαι δὲ ῥύγχος ἄκρον γᾶς ὑπένερθεν.

Utitur hoc loco Athenaeus ad ſignificationem vocabuli ῥύγχος, ſuum roſtrum. Carmen iambis conſtitiſſe hic verſus declarat.

II.

Ἀπειρεσίȣ κυνυλαγμȣ̃.

Euſtath. ad Il. Φ. 575. Τινὲς γράφȣσιν, ἐπεὶ κυνυλαγμὸν, διὰ τὸ γράψαι πȣ τὸν Στησίχορον, - ἀπειρεσίȣ κυνυλαγμȣ̃. Eſt autem κυνυλαγμὸς ἀπειρέσιος magnus canum latratus.

Addendum.

Ad pag. VI. et VII. *Miri* V. Cl. *de Steſichoro Poeta Graeco Lyrico Commentatio*, quae nobis, cum haec noſtra litterarum formis iam expreſſa erant, innotuit, ſumma cum utilitate et fructu conferri poteſt.

EPISTOLA C. G. HEYNII
AD AVCTOREM.

Quod equidem iam aliquot abhinc menſibus, pro naturae meae imbecillitate et mollitia, ne amiciſſimo homini quicquam officii, quod me vellet, negare viderer, Tibi, amantiſſime Suchforti, petenti annuere memini, id nunc Te nimis memorem iure quodam Tuo exigere et flagitare video, cum ad tertiam iam plagulam, me ab vrbe abſente et neſciente, prelo exaratam ad me affers commentationem Tuam, doctam et accurate ſcriptam, in qua inter multa quidem praeclare a Te diſputata hoc vnum tamen, quod diſpliceat et offendat, occurrit, quod et nimis honorificam mei facis mentionem, et in ipſa libelli fronte opellae aliquid meae publice es pollicitus; quo ipſo in ordinem cogis me euincisque vt faciam id, quod ne a me impetrare velles, agere Tecum Tibique diſſuadere iamdudum volebam. Etſi enim a nemine, qui quidem conſilio ſtudioque meo vti ſe velle oſtendit, operam meam, multo minus a familiaribus meum officium deſiderari patiar, tamen hoc mihi moleſta aliqua arrogantia vix carere videtur, ſi mihi tantum tribuere velle videar, vt, cum Tu edito hoc libello ingenii Tui doctrinaeque experimentum ipſe propoſueris, quo de ea iudicari poſſit, ego laudis meae ac commendationis auctoritate doctorum Virorum iudicia regere et in meam voluntatem inclinare poſſe putem. Cum tamen morem meum tenere liberum mihi amplius nunc non ſit, cumque Tu ad rem Tuam pertinere arbitreris, vt me ſaltem comite in ora virorum doctorum nunc primum prodeas, hilariter et abſterſa a fronte omni offenſionis nubecula, vt in amicorum negotiis facere par eſt, hoc, quod Tu imponis, deductionis et honoris officium ſuſcipiam atque peragam.

Eſt autem officium hoc peragendum mihi tanto lubentius, quod et pro neceſſitudine noſtra honorem Tuum ac laudem ad meipſum quodammodo pertinere arbitrari poſſum, et quod tale doctrinae Tuae ſpecimen propoſuiſti, quo viris doctis in promtu eſt iudicare, qui Tui ingenii ſtudiique et operae fructus in hoc litterarum genere aliquando ſint expectandi. Quorum quidem fructuum, propoſito hoc accuratioris et ornatioris eruditionis exemplo, nobis tanto iucundior eſſe debet ſpes et expectatio, quo maiorem horum ſtudiorum infrequentiam eſſe videmus, hoc inprimis tempore, quo elaboratae huius et ex antiquioribus litteris petitae doctrinae indies minor laus haberi, eius autem conſequendae difficultas eſſe videtur multo, quam antea, maior. De quo quidem et multis aliis in rebus, et tum maxime iudicari poteſt, quoties circumſpiciat aliquis

liquis viros dignos, qui ſcholis et gymnaſiis litterariis praeficiantur. Quod ſi Tu litteris his, quibus aetas iuuenilis imbuenda eſt, quoties eam ad academica ſtudia via ac ratione adducere volumus, diligentius et accuratius quam plerique, qui iis ſe addixerunt, animum inſtruxiſti et ornaſti: tanto maiorem inde ad Te laudem redire neceſſe eſt, quod et olim inter ſummas fortunae anguſtias litterulas has coluiſti, et nunc in moleſtiſſimo vitae genere, et tenuiſſimo ſimulque aerumnoſiſſimo rei ſcholaſticae munere, cum nihil adſit, quod erigere animum, plurima ſint, quae deprimere et affligere poſſint, eas tamen litteras tanto cum ſtudii ardore proſequeris, vt multos eſſe optandum ſit, qui in lautiori fortuna conſtituti ſimilem operam adhibeant. Omnino Tu mihi inter paucos admirationi fuiſti, (quidni enim ea commemorem, quibus omnium bonorum animos ac voluntates in Te conuerti neceſſe eſt) qui exiguis aut nullis praeſidiis ex paterna domo inſtructus, egregia tamen cum virtute animi et pertinaci labore litterarum ſtudia perſequutus ſis. Cum enim primum a priſtino Tuo praeceptore, Excellentiſſimo et Plurimum Reu. Wedekindo, ad me deducereris, fateor me, quod Tu forte et ipſe meminiſti, cum Tibi ad litterariam ſupellectilem et doctrinae inſtrumenta copias adeſſe viderem nullas, grauiſſime dehortari Te et reuocare a conſilio hoc toto coepiſſe; quod equidem facere me ſolere experirique omnia, an ad ſalubriores rationes retrahere poſſim iuuenes, non inficior, quotiescunque ad me accedunt, quos ſiue ingenii dotibus ſiue fortunae opibus non ſatis inſtructos video: quandoquidem ipſe meo exemplo ſatis expertus ſum, quot quantaeque aerumnae, labores et grauiſſimi caſus ſubeundi ſint iis, qui nullis idoneis viaticis inſtructi literaria ſpatia ingreſſi ſunt. Sed vidi Te Xenocratis alicuius vel Cleanthis ſimilem perferre malle ac tolerare omnia, quam a ſcholis meis recedere. Qua Tua conſtantia victus, cum Te incredibili ſtudio, improbo labore et pertinaci aſſiduitate ceteris difficultatibus ſubuenire viderem, ita Te amore et cura mea complexus ſum, vt Te, mox Seminarii philologici ſodalibus adſcriptum, quoad liceret, publicis priuatisque operis adiuuarem. Cum vero mox, quandoquidem ad ſtudia ſuſtentanda nihil auxilii opisque aliunde ſuppetebat, eum, quem nunc in Lyceo huius vrbis tanta cum laude tenes, locum occupaſſes: vix paullulum recreatus, priuatiſſimas etiam ſcholas meas expetiſti, et vt interpretandi facultatem iudiciique ſubtilitatem acueres, cum alios Graecos Romanosque ſcriptores, tum Sophoclem, Heſiodum et Aratum me arbitro et monitore es interpretatus. Nunc cum meae operae amorisque fructum feram tam vberem, quidni in aliqua felicitatis parte ponam id, Tibique et hoc, quod propoſuiſti, litterarum, quae in te ſunt, ſpecimen gratuler, et vero etiam, ſi bene rem gerere perges, laetiora induſtriae et doctrinae praemia augurer et pollicear? Eo enim nunc cum maxime ſumus loco, et videtur aetas noſtra hac quidem in parte non deſipere, vt eorum hominum numerum et frequentiam maiorem eſſe optemus, qui litteris ſcholaſticis accurate eruditi ſint aliosque iisdem litteris

accu-

accurate erudire poſſint. Satis enim perſpici nunc et intelligi a plerisque videtur, id quod dudum paullo ſapientior quisque cognitum habebat, omnino rei noſtrae litterariae et academicae inſtitutionis nec fructus eſſe poſſe ſatis vberes, nec vbertatem ac felicitaem admodum duraturam, aut perpetuam et conſtantem, quamdiu ſcholaſtica ſtudia in tanto neglectu tantaque incuria habeantur. Exorti itaque ſunt plures, qui inſtitutionis educationisque publicae priuataeque rationem emendatione indigere clamitarent. Quorum quidem virorum conſilia ac ſtudia, recta et honeſta, laude et ſuffragatione digna exiſtimabunt boni omnes; etſi iidem ſaepe, optandum eſſe, intelligent, vt ii, qui conſilia ſua et iudicia in re tam graui et cum ſalute publica vitaeque domeſticae proſperitate coniuncta in medium proponere audent, in iisdem rebus intelligendis, perſpiciendis et diiudicandis, accuratiore opera et ſtudio, maioreque ſollertia et iudicii ſubtilitate vtendum ſibi eſſe putent. Videas enim paſſim alios haerere in rebus paruis et exilibus, quae ſummam rerum parum attingant, alios Catilinaria aliqua audacia euertere totam remp. vt nouam ſcilicet ipſi condant. Interdum iis reprehendendis otium conſumi videas, quae iamdudum ab omni liberali inſtitutione exulant; interdum emendari ea, quae aut laudanda ſint et ſtudioſe retinenda aut ad certam tantum aliquam rationem reuocanda. In primis autem multum peccari arbitramur in hoc, quod rerum generibus minus ſubtiliter conſtitutis conſilia ſua rebus praue accommodant. Vnum eſt eius rei exemplum, quod nunc commemorare volo, tanquam quod vel maxime ad Tuas litteras pertineat.

Cum omnia fere ciuilia inſtituta eo tanquam vitio morboque laborent, vt mutatis temporibus in deteriorem quidem conditionem celeriter illa ruant, rebus autem in melius laetiusque eſſloreſcentibus, ipſa aut in priſtina tenuitate ſubſiſtant, aut hominum incuria et ſocordia etiam infra hanc tenuitatem ſubſidant, foede corrumpantur, ſaltem tanquam ſenio effoeta contabeſcant; ſcholarum fortuna non minus fuit ea, vt, cum ad litterarum rerumque ſtatum mutatum nemo illas attemperaret, prudentum virorum votis ac deſideriis parum ſcholaſtica inſtitutio ſatisfaceret. Inprimis autem de ea conqueri coeperunt homines, quoties ex ea diſciplina ad vitam publicam vel ciuilem procederent alumni, qui, cum nonnulla addidiciſſent, quibus melius carerent, eorum nihil tenerent, quorum vſu in arte ſua et vita indigerent. Scilicet non adeo magna ſollertia opus eſt, vt intelligas, his quidem pueris, qui ad artes ſiue ingenuas ſiue illiberales proceſſuri, aut ciuili vitae et illiteratae ſeſe addicturi ſunt, aliud ac diuerſum inſtitutionis puerilis genus eſſe conſtituendum. Sed vt ſunt plerique homines, qui, cum vnum recte videant, in ceteris vero caecutiant, omnia tamen acutius quam quisquam perſpicere ſibi videantur, ita extiterunt, qui totam diſciplinam ſcholaſticam ſtultam et inſulſam eſſe clamitarent, eamque plane ſublatam eſſe vellent. Nimirum a verborum, *vt aiunt,*

aiunt, hoc eſt, a doctarum linguarum ſtudiis grammaticis, philologicis et criticis, et a litteraturae antiquae elegantia et ſubtilitate, traducendam eſſe puerilem diſciplinam ad res, *hoc eſt, ad ea rerum genera, quorum in vita ciuili vſus vel maxime deſideraretur. Enimuero optimi viri non videntur animaduertere, ſe, dum vni reip. parti conſulere volunt, alia parte eam funditus euertere ac profligare. Hac enim inſtitutione puerili probata receptaque verendum eſſet, ne paullo poſt omnes litteras ſublatas, hiſtoriae lumen extinctum, ſacrae doctrinae fontem contaminatum et infectum, omnia diuina humanaque confuſa ac permiſta, barbariem et immanitatem libere graſſantem videremus. Nam diuinior noſtra doctrina ſanctiorque ac purior noſter cultus religioſus totus fere pendet ex litteris antiquis, grammaticisque et hiſtoricis diſciplinis, quarum breui tempore obſoleturus foret vſus, ſi liberalis illa a ſcholis noſtris inſtitutio exularet. Nulla porro eſt ſeu philoſophica ſeu alterius cuiuspiam generis doctrina et diſciplina, quin ex iis ducta ſit, quae ab iis, qui ante nos vixerunt, fuerunt excogitata, inuenta ac prolata. Hiſtorica porro ſtudia, quae tam late, et per omnem rerum ſcientiam patent, quomodo ſine eruditione illa ſcholaſtica poterunt retineri? Ingenii autem poliendi, iudicii ſenſusque pulchri bonique acuendi, adeoque mentis ad humanitatem et elegantiam informandae, quae tandem erit ratio commoda, antiquitatis ſtudio exploſo? Aut igitur omnia diuina humanaque ſunt deſerenda et deponenda, aut liberalis ſcholarum inſtitutio eſt retinenda. In hoc vero facile omnes intelligentes conſentient, duplicem ſaltem inſtitutionis puerilis rationem publice eſſe conſtituendam, alteram, quae ad vitam ciuilem, alteram, quae ad litterarum ſtudia et ad eruditionis copias opesque imbuat ingenia. Quae autem in altera hac, ſcholaſtica inquam, inſtitutione et diſciplina diſplicent, ex cauſſis obuiis et in vulgus notis, quas hic repetere piget, non vero ex eius indole et natura erant arceſſenda. Deprauata tamen haec diſciplinae ſcholaſticae ratio effeciſſe videtur, vt bona huius diſciplinae plurima et praeclara ignorentur vulgo a plerisque, etiam a doctioribus. Ita a litterarum graecarum et latinarum diſciplina cur omnem liberalem inſtitutionem proficiſci neceſſe ſit, ſi quaeras, dici vix poteſt, qu[illegible] ieiunae rationes reddantur, vt mirum non ſit, ſi alii, qui ſibi ſapere videntur, aetatem in his ſtudiis male collocatam exiſtiment. Enimuero vrgenda erant illa, quae ſupra poſuimus, nullum eſſe ſcientiae ac diſciplinae genus, ne philoſophicum quidem vel theologicum, quod ſine illo conſiſtere poſſit; nos porro prima illa inſtitutione, ſi rite ea informatur, non modo grammaticam ſed et dialecticam ſubtilitatem, adeoque primum iudicii acumen, conſequi; dumque multa ac varia legimus audimusque, ſenſum illum acuere, quem communem vocamus, hoc eſt, multarum ac variarum rerum, quae ad vitam ciuilem et politicam et domeſticam ſpectant, notitiam, deque iis ſeu iudicationem ſeu iudicandi facultatem. Quis enim non videat, pauciſſimarum rerum ſcientiam aſſequi nos*

ſyſte-

ſyſtematica aliqua diſciplina, plurimarum vero rerum ſcientiam et vſum nobis venire exemplis, ſermonibus eorum, quibuscum viuimus, praeceptis vel ſententiis librorum, quos, etſi alio conſilio, legimus, vitae conſuetudine quotidiana; quae ſi cum elegantibus ſeu cum doctis hominibus nobis contingit, incredibilem ad ingenium noſtrum fingendum et formandum vim habet. Itaque, primo loco, cum eadem diſciplina ſcholaſtica diſciplina domeſtica coniungenda eſt, qua vna Graeci et Romani formarunt et produxerunt viros illos ſummos, quos omnis poſteritas admirata eſt. Male enim reprehendunt diſciplinam veterum, qui intra philoſophorum loquacitatem aut paedagogorum ſeruile miniſterium eam ſubſtitiſſe arbitrantur; quos vel ipſa res et tantorum virorum prouentus ex ea diſciplina refellit; ſed paterna cura, exemplis domeſticis, rerumque vſu ipſo ad vitam ciuilem et publicam non erudiebatur, ſed aſſuefiebat puer ingenuus Romae vel Athenis, vt vnicuique in hoc litterarum genere paullulum verſato ſatis obuium eſſe poteſt. Porro, cum multae res ſint ac variae, quarum notitiam diſciplina ſcholaſtica ſuppeditare ſatis diſertam, exploratam et accuratam, nullo modo poteſt, vti vitae generum, officiorum, munerum, artium et curarum; deducendus eſt iuuenis in hominum coetus, circulos, fora, officinas, vt petitam inde rerum ſcientiam cum eruditione ſcholaſtica coniungat. Quod ſi quis facere neglexerit, ſua ille, non aliena culpa, poenas dare putandus eſt.

Dum itaque id damus lubentes concedimusque, peſſimo exemplo fieri, vt ſtudiis vtilioribus et multo magis neceſſariis vitaeque ciuili proficuis poſthabitis, graecis latinisque litteris adigantur ii, qui vel ingenio vel primae aetatis diſciplina, vel vitae conſilio ab iis abhorrent, recte tamen contendere videmur hoc, vt iis, qui vel litterario otio vel erudito ordini vel muneri, quod doctrinae et litterarum opes et copias requirit, conſecrati eſſe videri volunt, liberalis inſtitutio ſcholaſtica relinquatur. Vtinam doctores modo nobis contingant diſciplina et litteris ſcholaſticis ipſi ſatis imbuti, ad humanitatis ſenſum politi, muneris et officii grauitate, ſanctitate et dignitate tanquam religione contacti, induſtrii et aſſidui, Tuique, Suchforti, ſimiles. Vale, Vir amantiſſime, et Tua ſtudia viris intelligentibus aequisque approbare perge. Scripſi Gottingae d. VII. Sept. ᴄIↄ Iↄᴄᴄʟxxɪ.

Perthes